

*4.* LX  
Or. 8. num. 12.  
1747. 9. 6.  
**DE  
APIBS  
EARVMQVE FVRIBVS  
CAPITALITER PVNIENDIS**

*438*  
DISSERIT  
ET  
**GENEROSIS AC NOBILISSIMIS  
IVRIVM CVLTORIBVS  
COLLEGIA SVA  
PER SEMESTRE AESTIVVM HABENDA**

INTIMAT  
**ABRAHAM KAESTNER**

V. I. D. ET P. P.

---

LIPSIAE  
LITTERIS LANGENHEMIANIS.





## §. I.

**D**rum Auditoribus collegia iterum indicanda, et quedam, more docentium solito, praemittenda essent, de themate non adeo vulgari paulisper cogitabam. In mentem veniebat *Nauis Synedria*; a) *Quæstio Dominicana*; b) *Icosaprotus et decaprotus*. c) *Transmissio Theodosiana*, d) *Actio quadrupedaria*, e) *Crux ICtorum*, f) multaque huius generis alia. Animus vero mox mutauit penes me deliberando quod materias quotidianas, quae dignitate nobiliores, cognitione utiliores, utilitate ponderosiores, vnu denique et praxi frequentiores sunt, pertractari expedit *v. l. 25. de liber. legat.* Hinc praefens thema eo lubentius refinendum censui, cum apprime faciat ad explicationem §. XIV. *Inff. de R. D. vt habeam*, quo in posterum *Audidores* alegare queam. Nec, quod quibusdam hoc scripturæ genus vnde videri possit, mouet, cum optime sciam, magnos aliquando ICtos, in materiis, quae ab aliis pro facillimis reputantur, haesitassem; *Quale quid ALCIATVS g) de ANGELO POLITIANO narrat?* Hic enim a *SOCINO quid sit suis haeres?* interrogatus, obmutuit; cum tamen gloriatus esset in glossematis iuriis ciuilis, se vel ACCVRSIVM superare posse. Quantum enim est quod nescimus.

## §. II.

Miramur cum summa veneratione ac deuotione omnia diuina opera. Obsfuscimus autem si incomprehensibilem diuinam prouidentiam, *circa apes* confidemus. Omnia hic nobis videntur incredibilia, omniaque admirationem nostram merentur. Apes enim animalia esse politica et perfectam Rempublicam representant, perhibent. Regibus omnibus, inquit *PLINIUS h)* forma semper egregia, et duplo pree coeteris maior, ingressus celior, in fronte macula quadam, quasi diadema candicans: Mira plebis circa eum obedientia, cum procedit vna est totum examen, circaque eum congregatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Et se quaeque proxima cupit esse, et in officio conspicu gaudet, pulchrumque dicit pro eo occumbe. Respublica haec *monarchica* dicenda: quoniam in apibus est *Princeps unus*, quem reliquæ fideliter sequuntur. *v. c. in apibus 42. VII. qu. 1. ibi: in apibus Princeps unus est. i)* Quod argumentum tamen pro Republica impliciter optima, displace *CORNINGO* in dissert. de differentiis regnorum, th. 32: ubi hanc ratiocinationem *perineptam* vocat, cum hominum atque apium par ratio non sit: quod enim hisce commodissimum est, nihil verat illis esse maxime incommodum.

## §. III.

Circa apium generationem valde digladiantur inter se huius rei ineustigatores. Ex cadaueribus pecorum apes generari veteres crediderunt, quos inter est etes. Ex cadaueribus pecorum apes generari veteres crediderunt, quos inter est etes. *Ex cadaueribus pecorum apes generari veteres crediderunt, quos inter est etes.* *CIRCA APIBUS* *Principes unus est. i)* Quod argumentum tamen pro Republica impliciter optima, displace *CORNINGO* in dissert. de differentiis regnorum, th. 32: ubi hanc ratiocinationem *perineptam* vocat, cum hominum atque apium par ratio non sit: quod enim hisce commodissimum est, nihil verat illis esse maxime incommodum.

a) *v. l. 1. §. 6. de exerc. aet. ibique GODOFR. Conf. omn. BENVENVT. STRACCHA Tract. de manibus*, p. m. 418. seq. ibi: *Nauis Synedria* (alias *schedia*) dicitur, quae spatiandi causa facta est, in qua sunt fedilia.

b) *v. l. 27. qui testam. fac. poss.*

c) *v. l. 18. §. 26. de munier. et honor.*

d) *v. l. vn. C. de his qui ante apert. tabb. haeredit.*

e) *v. l. WERNHER. Compend. inv. p. m. 165.*

f) *v. l. 69. pro soc. quam communiter, ob singularem difficultatem, cruncem ICtorum adpellant.* Quam eruditæ expliqat *TOVLIEV* in *collectaneis*, dissert. l. p. m. 1. seqq.

g) *De verbis. sign. Lib. IV. p. m. 122.*

h) *Natur. Hist. lib. XI. c. XVII. p. m. 195.* De apibus etiam egregie et quidem carminice scripsit *JACOBVS VANIERIVS* *scopulæ 1658*, in *praedio rusticæ*, lib. XIV. per tot. p. m. 253. seqq.

i) *Hinc uassava in Institutionibus Oratoriis p. 32. et CAUSINVS Lib. X. de eloquentia sacra et*

autem venereo illas nasci, admittere nolunt, vt putat de apium generatione D. 10. HISKIA CARDIL VCVS. m.) Physici autem moderni quorum nonnullos adducit de ROHR n.) apes etiam ex ouulis orum trahere, credunt. Ad quos Lectorem ablegatum cupio, cum hanc item meam non faciam.

*ad apes ferarum animalium cum  
quibus nominis sunt.*

§. IV.

Magna autem inter Philosophos olim dubitatio fuit, an apes feraræ essent naturæ? Existimabant scilicet pauci, haec immensæ subtilitatis animalcula, quæ VIRGILIUS o) encomiis plane insignibus celebrat, magis inter infecta, quam inter bestias esse referenda. Sunt enim infecta animalia, quae (et nomen ipsum declarat,) incisuras, nunc ceruicum loco, nunc pectorum habent atque alii: ut sunt terrestria scolopendrae, scilliones: p) alia volucra, ut apes, vespae; alia vtroque modo, ut formicæ: alia et pennis et pedibus carentia, ut tineæ.

*ad apes ferarum animalium cum  
quibus nominis sunt.*

§. V.

Dicitis vero rationibus non obstantibus, auctoritate et iudicio veterum ICTORUM receptum est, omnium apium generaliter feram esse naturam, v. l. 5. §. 2. de A. R. D. Conf. L. 9. §. 1. de usfra. l. 6. de furt. l. 8. §. vlt. fam. herc. l. 27. §. 12. ad L. Aquil. l. 49. cod. §. 14. I. de R. D. Differuntq; qui apes mixti generis esse dicunt, a. §. 15. de R. D. eo quod euolare et reuolare soleant, et hinc de natura mansuetorum animalium participant, quam ferentiam fouet FLINIVS. q) AVERROES r) triplicem speciem apium format: vnam; quae mellificat, quae apes adpellantur; alteram vero Reges apum vocat, et tertiam nominat fucos seu mares apum. VARRO s) denique quasdam feras, quasdam manuetas apes facit; Quam distinctionem etiam PAVLUS in l. 26. de furtis, probare viderur. t) Et iuxta hanc distinctionem apes paulo curiosius considerabo.

§. VI.

Dividunt scilicet apes in sylvestres seu feras, et cicuratas seu mansuetas. tt) Licet autem proprie apes cicures dici nequeant, recepta tamen est distinctio ut eo memius confert, alias effe apes quae in sylvis reperiuntur, et alias, quas in locis cultis habemus. De sylvestribus primo loco dicturus sum. Vbi quaeri solet: An §. 14. de R. D. de his tantummodo fit accipiendo? quod a multis affirmatur, ob verba initialia, dum Imperator scribit: Apum quoque fera natura est; Quam opionem in specie tuerit HOTTONIUS. ad b. §. Hanc autem non esse mentem Imperatoris nec GAIUS in l. 5. §. 2. de A. R. D. verius est; Nec contradicit POMPONIUS in l. 8. §. 1. fam. herc. furtum committi, si quis apes nostras auerterit: hoc enim dicitur de iis, qui vetitis rationibus ad auertendas columbas vruntur et apes, quae consuetudinem et animum reuertendi habent, et auolant et reuolant, v. BACCHOV. ad cit. §. Sylvestres vero in specie in Lithuania, Borussia, alibique reperiuntur.

\* 2 Huc

m) In Evangel. Kunst-Archen- und Naturforschender v. Postille; Im Grählings-Theile, p. m. 401. quo loco varia de apibus collectanea comprehenduntur.

n) In der Haushaltungs-Bibliothec, cap. XI. §. 30. p. m. 492. Conserri meretur D. JOSEPHUS WARDENS Monarchie der Biemen, cap. 2. et 3. item MARALDI obseruationes von den Biemen, dicto tractatu adiectae, cap. V. von dem Ursprung der Biemen. Discours über MARALDI obseruationes, ibid. p. 243. seqq. woher die kleinen Bieme kommen.

o) Lib. IV. Georg. cap. V. p) Stellio est lacertus stellaris distinctus, qui per parietem repit: Graecis ἀσπαλαζωνης, v. C. V. 1 A.C. lib. 10. obf. 26. et omni, MENAGIUS in amoenit. cap. XXXIX. voc. Stellonatus, p. m. 368. edit. non.

q) Lib. II. cap. V.

r) Ad ARISTOTELEM de generatione animalium Lib. III. cap. XI.

s) De re rustica, Lib. III. c. 16.

t) Apes etiam pro diuersitate regionum diuersae sunt ratione magnitudinis, speciei, coloris &c. sic refert DAPPER in itinerario Americano, p. m. 306. apes albas ibidem reperiiri, quarum mel etiam ciuidum colovis esset. Alicubi etiam apes casius inueniri, testatur ROSCHEFORT, in descript. Antill. p. 232.

## IV

Huc etiam pertinet locus ex HERODOTI HALICARNASSEI hist. Libr. V. qui Terpsichore inscribitur, ubi pag. m. 28: Apes inquit, loca quae sunt trans Istrum, obtinent, at ob illas ultraius pergi non potest. Hae itaque pro re nullius habentur, quae naturali ratione occupant cedit. Et quamvis Domini Territoriales occupationes ferarum subditis suis non amplius permittant, sed sibi facultatem occupandi, tanquam regale non sine rationibus, tantum vindicent; ius tamen includendi apes integrum arque liberum haftentur subditis reliquerunt; Non enim ius infectorum, qualia sunt apes, v. WEICHE. artic. CXIX. ibi: die Biene ist ein wilder Wurm, ibique Gloss. admittit esse subditus constat, ideoque eas hodiernum occupanti cedunt; Et hoc passim seruari in Sylva Hercinia, dem Schwarzwald, testantur communiter. Hinc intuitu harum nullum etiam futrum fieri dicitur: quia illorum animalium, quorum fera natura est, futrum non commitimus, cum in nullius dominio sint. v. I. s. §. 6. de A. R. D. quem in modum praeiudicium Scabin. Lipsiens. adducit BERL. P. V. Concl. L. n. 10. et PHILIPP. in Vspr. Institut. Libr. II. Eccl. V. Leo caerulea iraque ei notandum, qui examen apium in sylva inuenit, illudque statim occupare nequeat, vt arbori, cui examen infedit, signum aliquod imprimat, qua signatura facta, alteri postea occupanti merito pferendus. Id quod ratione non deficiuntur: videtur enim per signaturam possessionem et dominium apium sibi acquisiuisse, v. BERL. c. I. n. 11. et quem adlegat 10. BAIARD. in addit. ad LV. LIVM CLAR. Lib. V. sent. §. furtum n. 93. LEISER in iur. Georg. lib. II. c. XXI. n. 10. Apes enim ilyuestres, in sylvis et nemoribus mellificantes, ita denum domino sylvas acquire voluerunt Teutones, si dominus eas inuenierit, et arborem, cui insident, signauerit certo charactere, vt symbolo possessionis. Vnde Rex Longobardorum ROTHRIS: si quis de arbo signata in Sylva alterius apes tales tulerit, componat Sol. VI. nam si signata non fuerit, tunc, quicunque inuenierit, iure naturali habeat sibi, excepto de GAIO regis: v) et si contigerit, vt dominus cuius sylva est, superuenierit, tollat mel et amplius non requiratur ei columnia; Scilicet me! oblatum repeti potest, quouis casu, quia cum arbore ad dominum Sylvas pertinere censetur. In Legibus Wisigorb. Lib. VIII. tit. VI. c. 1. hac de re sic disponitur: Si quis apes in sylvas sua, aut in rupibus, vel in faxo, aut in arboribus inuenierit, faciat tres decurias decurio significat signum X. cuius incisio in arboribus in finibus positis fieri solet. v. L. BAINAR. tit. II. c. III. L. 2.) quae vocantur characteres, (i. e. notaes decorticatae, abgerindete Marquen, explicante Glossar. LINDENBROG.) unde potius non (i. e. ne forte) per unum characterem frus nasceratur. Et si quis contra hoc fecerit, atque alium signatum inuenierit, et irruperit, duplam restituat illi, cui frus illata est, et praeterea XX. flagella suscipiat. v. SCHILT. Exerc. XLV. th XVI.

## §. VII.

Quae §. preeed. quod apium occupatio adhuc hodie sit permissa, adduxi, eo limitantur casu, si lege vel consuetudine aliud sit introductum, vt scilicet apes ad ius venandi perteinante, quod tamen probandum, cum naturalis praeiudicium sit pro ius venandi portinante, quod tamen probandum, cum naturalis praeiudicium sit pro subditis, v. I. 19. C. de Epist. et Cler. Evidenter NOE MEVRER von Fürstliche Ober-Herrlichkeit und Gerechtigkeit, P. II. rubr. von Eigenschaft der Jinnen, scribit: Und lebts der gemeine Gebrauch und Erfahrung, das die Jinnen, wie andere Thiere in Forst gehörig Wild, niemand auch keinen Unterthanen ohne des Forst Herrns Wissen und Bewilligen die auszuhauen. Cum quo consentit CAROLI IV. Zeidler-Ordnung, d. A. 1590. §. 14. ibi: Es ist auch Recht auf unserm und des Reichs-Waldeben Nürnberg gelegen, und als fern der Bienen-Kreys gerichtet, dass niemand keinen Schwarm aufheben noch sich unterwinden soll, denn ein gererbter Zeidler, und soll auch jeder Zeidler von seinem Güther geben sein Honig-Gelb, Uns und dem Reiche, als es von Alters an uns herkommen ist, oder dem, der es von uns und dem Reiche innen hat. De iure Saxonico-Electorali, in der Forst- und Holz-Ordnung d. A. 1560. d. 8.



d. 8. Sept. de apibus sic disponitur: Ob auch in unsren Wäldern und Vorhöldern Bienen und Honig angetroffen und gefunden, die sollen in unser Amt gezogen, aber verkaufft, und das Geld davon verrechnet werden, und sich die Förstere noch iemands anders einiger Rüfung daran unterziehen. v. Cod. Aug. P. II. p. 503. Vbi vero tale quidcautum non repertitur, inclusio apium in naturali suo statu relicta adhuc conspicitur. v. MÜLLER, de iure apum. cap. II. tb. 4.

## §. VIII.

A sylueltribus ad cieures seu manuferas apes transeo. Circa quas notandum, quod in nonnullis locis ius habendi apiarium ad solum spectet Principem, vel eum, cui a superiori ius illud concessum est. Hinc in Zeidler-Ordnung CAROLI IV. Imper. n. 5. sic legitur: Es soll auf dem ehegenannten Reichs-Wald niemand keine Bienen haben, denn alleine geerbt Zeidler, ohn den Stromer und der Forst-Meister item: das Zeidler-Guth zu Schwaig, ist der vier Zeidler-Mutter eine, und ist vor Lehn- und Eigenschaft 24. Maß Honig vor Alters davon gerichtet worden. v. DIETHER. ad BESEL. vocab. Zeidler-Gerichte. w) Vbi vero eiusmodi lex prohibitiū non repertur ibi etiam ius habendi aluearia censetur de genere permissorum. In Electoratu Saxonicō certe non tantummodo vnicuique aluearia, quotquot velit, habere permittitur, sed hic etiam diuina benedictio ratione apium se exerit. Varia specialia de his refert Görber, in unerkannten Wohlthaten Gottes in Sachsen, Sect. II. von denen Leiblichen Wohlthaten. Cap. XIX. von der Bienen-Zucht, Honig und Wachs, vbi §. 4. p. m. 701. sic scribit: Es wird nicht leicht ein Dorff seyn, da nichts bey eilichen Hauss-Vätern Bienen angetroffen werden, und zwar bey manchem in grosser Menge. Ich habe selbst an vielen Orten bey einem Hauss-Vater 30. 50. 60. 80. bis 100. Bienen-Stöcke mit Verwunderung angetroffen. Vor kurzer Zeit bin ich durch das Dorff Lomnitz 3. Meilen von Dresden gegen Morgen, gereist, da habe ich bey einem Bauers-Manne 66. Bienen-Stöcke gezehlet, und der Mann gestand es selber, daß ihm seine Bienen jährlich zum wenigsten 100. Gl. einbrächten. Auch auf unsren Erz. Gezürgen, welches zu verwundern, findet man die Bienen in grosser Menge.

## §. IX.

Hae autem apes, cum ad animalia mansuetacta referantur, quam diu euolant et reuolant in dominio nostro computantur, earumque nomine, vt ex mox dicens adparebit, recte nobis furti actio competit. Quam diu itaque eiusmodē apes vietus cauta, ad vicinum vel alium euolant et reuolare confuerunt, manent in dominio nostro, v. l. s. §. 2. seq. de A. R. D. quia nemo illud quod in nostro dominio est, absque meru poena furti nobis eripere potest, d. l. s. §. 6. v. BERL. P. V. Concl. L. n. 18. Dubium saltim circa examen apium. Examen hoc loco dicitur nona apum faboles, quam parentes ex suis alueariis ad nouas sedes quaerendas exire cogunt, wenn die Bienen schwärmen. Examen tale autem, si euolauerit, quoad ius commune, eousque esse nostrum, donec in conspectu nostro est, nec difficilis huius persecutio, per §. 14. I. de R. D.

## §. X.

Si quaeras de moribus hodiernis? nihil mutatum videtur, praefertim in Saxonia, x) per WEICHE, art. CXIX. in f. Licet enim CARPZ. P. IV. C. XXVI. d. 4. dissentiat, examen apium ad vicinum euolans ipsi vicino acquiri, statuens; haec tamen verba propter rationem subiunctam et praeiudicium additum ita sunt intel-

\* 3

ligen-

- w) Aliquando etiam in venditione villaes praestatio in melle facienda reseruatur, quales emtores deinde debitores mellificiorum vulgo dediti, appellantur. Cuius rei exemplum refert de LVDEWIG in Reliq. MSCtor. de monasterio Dobrinicensi, Tom. I. num. CXIX. p. m. 164. seq.  
x) De iure Saxon. notum est quod rami ex vicini arbore in fundum nostrum pendentes succidere, vel fructus ex iis decerpere licet. v. Land-N. Lib. II. art. LII. 23. art. 126. CARPZ. P. III. C. XXII. d. 25. n. 4. HAHN. ad WESENB. de glande legenda. verb. iure Saxon. co-  
ter p. 1. doc. 25. Hinc ex hoc iure remittit evanescere animum rami, qui in nostrum fun-

## VI

ligenda, non quasi ipso iure vicino acquiratur, sed mediante occupatione. Ergo poterit ipse dominus apum, si a vicino non prohibeatur, nec apes iam ab alio sint iterum occupatae, per inclusionem in aluum, rursum eas sibi subiicere. Id quod innuit etiam *ius Prutenicum*, Lib. III. tit. I. art. 4. Nec praeceps opus est, quod in quibusdam locis vnu frequentatur, ut in examini persequendo, tintinnabulo signum detur: sed quousque aliquis probare potest, examen, quod persequitur, ex sua alue esse, eousque ipse etiamnum datur repetitio. v. HOPP. V. M. ad Inst. tit. de R. D. §. 14.

## §. XI.

Vt vero credam inter ius commune et Saxonum nullam hic intercedere differentiam mouet me 1) ipse art. 119. iuris Weichbildici, qui accipiens est de eo casu, vbi apes a vicino iam sunt occupatae, quam diu vero hoc factum nondum est, merito in iuris communis dispositione manendum; quod 2) innuit Glossa ad d. art. n. 11. in verbis: Fliegen sie aber aus, und kommen in eines andern Manns Gewahr, se seynd des, dem sie entflogen sind, ob er ihnen auf dem Fusse noch folget; Doch mag er ihnen nicht folgen in eines andern Mannes Gewahr, ob ihm der Mann dahin zu folgen verbeut. Accedunt 3) veterum, de apibus, dispositiones. Sic enim Lex BAIVAR. Tit. XXI. §. II.X. (Edit. vero HEROLD. c. 31.) sonat: Si apes, i. e. examen aliquius ex apili elapfus, et in alterius nemus (LINDENBROG. legit: in alterius nemoris arborum) migrauerit, et ille, (dominus) consecutus, (persecutus) fuerit, tunc interpellat eum cuius arbor est, et eum sumo et percussionibus ternis transversa securi, si potest, suam eiiciat examen: Veruntamen ita, ut arbor non laedatur, et quae remanserint, buiis sint, cuius arbor est. §. IX. Si autem in capturas (volauerint alienas) quae ad capiendas apes ponuntur, i. e. vascula apum: simili modo interpellat (dominus) eum cuius vasculum est, et studeat suum etiencore examen: veruntamen vasculum non aperiat nec laedat. Si lignum est, ternis vicibus allidat terris, si ex coriibus aut ex succulis compostum faciat, cum pugillo ternis vicibus percutiat vasculum, et non amplius; et quas eicerit, iuiae erunt, et quae remanferint, ipsius erunt, cuius vasculum est. Refero porro hoc, quae habet BERGER in collatione iuris Alamanici, p. m. 370. cap. 360. von Jinnen. Ibi: Und ist, das Jinnen ausfliegen, und fallen auf einen Baum, und er den dritten Tag nachfolget, so soll er jenem sagen, des der Baum ist, dass er mit ihm gieng, bis das er seine Jinnen gewinne. Sie sollen mit einander gehen, und Axt an den Baum schlagen, und mit Hobeln, und womit sie mögen, doch also, das sie den Baum nicht versehren noch verderben. Oder fasset er an einen Baum, oder auf ein Haus, oder woran er fasset, so ist dasselbe Recht, als um den Baum. Wann er an den Baum die Schläge thut, die hievor genennet sind, was der Jinnen herab fallen, die sollen sein, und was darauf bleibt, die sind iens des der Baum ist. Ex his omnibus adparat iuris communis et iuris Teutonici consonantia, quae etiam 4) a plerisque Dd. pro virore habetur. v. SCHILTER. c. I. BERL. et quos adlegat STRV. in I. R. G. lib. II. tit. 1. §. 26. et in S. I. C. Ex. XLI. §. 10. Nisi aliud moribus introductum. v. SCHNEIDEW. ad Inst. tit. de R. D. §. 14.

## §. XII.

Caeterum si soboles noua infcio et ignorante domino emigrauerit, (vbi nulla persecutio infitura,) tunc a quolibet, etiam a tertio in meo quoque fundo occupari potest. Hinc BEATVS casuum var. p. 26. tale Scab. Lips. adfert praecidicium: Hat sich ein fremder Bienenschwarm auf euren Acker angehangen, den ein Bauermann mit einem Weibe in einen Sack gefestzt und anheim getragen. Ob sie denn wohl solchen erschlichen vor euch verneint; Diemeil aber die Art der Biene vor wilde geachtet und dieser Schwarm nicht euer gewesen; So haben sie nach Zulassung gemaier beschriebenen Rechte wohl Zug gehabt denselben aufzufangen y) und mögen de rohalben

y) Cogite aliquis hic de occupatione eo in casu quem referuntzel in monach. Unterre-

rohalben von euch zu recht nicht gestrafft werden. Occupanti igitur indistincte tali calu cedit examen licet vel maxime dominus postea eam viderit, et ex suis alueis euolasse probare possit. v. SCHNEIDEW. ad §. 14. de R. D. quia semel eius dominium euasit et in naturalem libertatem se recepit. Talis quippe noua soboles, teste experientia, nunquam redire solet, vt ea propter etiam simpliciter occupantis sit. v. THOMAS ad STRAVCH. differt. VI. tb. XXVIII. p. m. 132. Quoad veteres itaque apes aliud dicendum quae victus caussa, nunquam vero omnes coniunctim, (vt noua soboles) euolant; Hae enim aluearia sua sola et vacua relinquunt minime, sed semper aliquae ibidem reperiuntur, quae custodiam earum, habent, maxime propter apes rapaces, de quibus mox. v. BERL. c. l. n. 10.

## §. XIII.

Apes rapaces reliquis sunt valde noxae, sicut enim homo homini lupus, sic apes rapaces alias sunt inimicæ, vt ea propter apium domini omni modo hic prospicere teneantur. De his CARDILCVIUS c. l. p. m. 50. sic scribit: Sonderlich muß man ihnen wieder die Raub-Bienen hülße thun, welche den milden Bienen, so von ihrer Sammlung mit Honig und Wachs beladen zurück kommen, anpassen, auf sie fallen und berauben, rauen auch das Honig aus den Stöcken, und ernürgen viel andre Bienen, sonderlich diejenigen, welche vorhin schwach sind, und sich ihrer nicht erwehren können, welche sich aber rapifer wehren, die lassen sie zufrieden. Quo loco laudatus auctor etiam remedia oeconomica quibus vt solent contra rapaces apes, suppeditat. Longa serie etiam de his agit LEISER in iure Georg. lib. II. c. XXI. n. 14. seq. qui n. 41. etiam exemplum adferit, quod apes, quae hominem necauerant, sint interfeciae? Pignorare vero illas etiam licet, ob damnum nobis datum. Modum ex du FRESNE recesserit ill. de LEYSER. Vol. II. Spec. CXI. m. 3. p. m. 472. seq 2) Praeter apes rapaces, multi adhuc alii sunt inimici, qui apibus interitum saepe minitantur, qui propterea sedulo ab illis sunt arcendi. v. Wärders Bienen-Monarchie, cap. VI. p. m. 45. seq. von den Feinden der Bienen, und wie man ihnen von selbigen abhelfsen solle.

## §. XIV.

Reslat vt de furto apium paucis adhuc agam. Non autem est leue delictum apes furari; testantur enim rerum periti quod saepe per ablationem vnius vel alterius alueariorum reliquias haud raro damnum maximum inferatur, vt adeo non tantummodo damnum emergens, sed etiam lucrum cessans hic considerandum sit: Hinc actio legis Aquilæ, per l. 40. ad Leg. Aquil. et quidem monente GODOFREDO in notis ad citatam legem, in duplum aduersus damnum inferentem, institui potest. Vtrum vero capitaliter apum fures puniri queant? Ut dissentientem adducunt CARPZ. Qu. LXXXI. n. 50. seq. et P. IV. C. XXXVI. d. 2. Quia vero pro ratione decidendi incertam quantitatem rei furto ablatae haberet, credendum, si casus, vbi contingens quantitas, quae ad poenam furti ordinariam requiritur CARPZOVIQ contigisset, ille quoque ultimum supplicium dictare non dubitasset, quam ob rem etiam statim sententiam suam limitat, n. 50. c. qu. 8c. si scil. a reo plura uno eiusmodi furta commissa essent. Sit vero ita: dissentiat; Adstipulandum ne propterea erit CARPZOVIQ? Minime Gentium. Lex WISIGOTH. Lib. VIII. tit. VI. c. 3. iam diu apum furibus duram distituit poenam, scil. praeter 50. flagella, nouencoplum; Lex virtus Saxonum vero conceptis verbis poenam capitalem. v. Tir. IV. de furis, §. II. ibi: qui aluearium apum infra septa alterius furauerit, capite puniatur.

v. ill.

2) Credi vix potest quam multa ad apium conseruationem earumque multiplicationem necessaria sint. Euoluet modo L. B. IVLII BERNARDI de ROHR nörthgen und nöthlichen Worrath von alterhand anserlesenen Contracten, Berträgen &c. vbi P. I. cap. LXXVIII. p. 373. seq. exhibet intrationem, Bestallung eines Bienen-Wärters, in qua varia singularia, quae ab eiusmodi inspectore præscifit, eo etiam calu, quando morbo aliquo laborant apes, occurunt, vt neminem, hanc legiſſe, pognitore posſit. Conf. CARDILCVIUS, c. l. p. m.

## VIII

v. ill. GAERTNERI legis Saxonum liber. p. m. 53. Eandem poenam statuit etiam DIV. AVGVSTVS P. IV. C. XXXVI. Si dubium aliqui oriatur per verba ultima: und die Schärfe der Sachsl. Rechte hierinnen nicht gehalten werden; illi MOLLERVS ad d. C. n. 2. responder, dum dicit: unde hoc defuntrum sit me nunc quidem latet.

## §. XV.

Si itaque poena laquei statuta in fures aliarum ferarum iusta est, quare iniusta in furibus apum esse deberet? Certe nulla sufficiens adparer diversitatis ratio. Vbi vero eadem ratio, ibi merito eadam esse debet iuris dispositio. Hinc Icti magni nominis iam diu poenam capitalem in fures recte statut, affirmant, ex quibus adduxisse sufficiat IACOB. de BELLOVIS. in Pract. Crim. cap. XX. n. 72. AVCTOR. consulf. Conflit. Saxon. tom. II. P. IV. qu. 30. von Bienenfelschen, per tot. BERL. P. V. concl. L. n. 7. MÜLLER de iure apum. cap. III. §. 1. LEISER in iur. GEORG. lib. II. c. XXI. n. 24. p. m. edit. nou. 30r. Auctor des neu vermehrten Dorf- und Land-Rechts. (4) Leipzig und Zelle. 1708. p. m. 226. resol. IV. von Bienen oder Immen. §. 5. Qui omnes statuant, quod si furtum apium magnum sit, in fures poenam capitale merito statui. Quem in modum prouinciare non dubitauit F. I. V. M. Octobr. 1685. referente de BERGER, in Suppl. ad El. iurispr. crimin. P. I. obs. XIV. quale praefudicium, ne opus sit evolutione, verbotenos hic adiciam: Hät H. in Güte bekannt und gestanden, daß er im abgewichenen Herbste Hanns Albrechten zu Nasdiss 2. Bienen-Stöcke, ingleichen auch Hanns Naschsen 2. George Melchior 2. Hanns Göpeln 3. Anton Schwaben und Hanns Christoph Trieben 2. Andreas Schmieden 1. Hanns Albrechten zu Jüdenberg 2. Hanns Dichtern zu Friedersdorff 3. Dem Dichter zu Schlesien 3. dem Schenken daselbst 3. Erisph. Huten 2. Hanns Hutz Gewebe 3. Hanns Graulin zu Griesen 3. und noch 8. daselbst andern Leuten, so er nicht kenner, Thebes Hieschen 1. Martin Mückenbergern 1. se insgesamt von denen Eigentums-Herrn auf 29. Thlr. 6. Gr. geschätzet worden, theils nebst seinem Bruder Andreas H. mehrheitheis aber alleine dieblichen entwendet, und den Honig und Wachs zu Bitterfeld, Nagun, Jesnitz und Friedersdorff an unterschiedliche Leute verkauft, und seinem eigenen Bekanntniß nach 17. Thlr. 7. Gr. daraus gelöst; Dafern nun inquit auf diesem seinem Bekanntniß vor öffentlich gelegten peinlichen Hals-Gerichte nochmahlis freiwillig verbarret; So ist er als ein verleumder Dieb solcher begangenen und offtmahlis wiederholter Deuben halber, mit dem Strange vom Leben zum Tode zu bestraffen.

## §. XVI.

Quod denique ad labores academicos attiner, quos per hoc semestre aestiuum in vsum Generofissimorum NOBILISSIMORVM QVE dominorum Commilitonum tractabo, sunt ita sequentes:

I) COLLEGIVM ELABORATORIO-PRACTICVM, incipiam, *Hora VIII-IX.*

II) LVDOVICI doctrinam PANDECTARVM, explicabo; quam de nouo exordiar. *Hora IX-X.*

III) INSTITUTIONES IMPERIALES iuxta textum ipsum ita exponam, ut ex antiquitatibus scit necessaria ad textus illustrationem proferantur, potissimum autem vus forensis demonstretur. *Hora X-XI.*

IV) STYKII EXAMEN IVRIS FEUDALIS paelegam. *Hora II-III.*

V) IUS CAMBIALE, iuxta ordinationem cambiale Lipsiensem, practice tradam. *Hora III-IV.*

VI) LECTIONES PUBLICAS, in DIVI IOANNIS GEORGII ordinationem matrimoniale, continuabo. Diebus ȝ et ȝ. *Hora I-II.*

VII) EXAMINIEVS confueris, et DISPUTATIONIBVS intra priuatos partes horis hucusque introductis, sedulo operam dabo.

Initium dictorum collegiorum, die VIII. Maii, finitis nundinis solennioribus, facilius sum; Singulis vero, (solis Pandectis exceptis ad quarum explicacionem annale

Leipzig, Drss., 1747

2954K

ULB Halle  
007 231 962

3




Sb

No 18

No 18bca 12





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

4.

Fr. 8. num. 12.

17479.

17472

DE  
PIBVS  
QVE FVRIBVS  
LITER PVNIENDIS  
DISSERIT  
ET  
IS AC NOBILISSIMIS  
VM CVLTORIBVS  
LEGIA SVA  
TRE AESTIVVM HABENDA  
INTIMAT  
HAM KAESTNER  
V. I. D. ET P. P.  
I IPSIAE  
RIS LANGENHEMIANIS.

